

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

2

1208 marzo 11, Ind. XI, (Matera).

† In nomine domini nostri Iesu Christi Anno ab incarnatione eiusdem millesimo ducentesimo octavo et anno regni domini nostri Frederici, Dei gratia gloriosissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, undecimo mense martii indictionis undecime.

1

2

Cum constante matrimonio uxor de voluntate viri sui in religiosam vitam transierit, solvitur matrimonium cum dotis redibicione, nullo repudio intermisso, talis quidam matrimonii solutio laudabilis inter homines et apud Deum laudabilior invenitur. Relinquit enim mulier virum mortalem et sponsum accipit immortalem, dimittit transitoria et gaudia sibi preparat sempiterna. Hac igitur ego Mathia baronissa, filia domini Roberti de Bartinico, consideratione ducta, monachalem vellens suscipere habitum, in presentia dompni Donnandi, regalis Matere iudicis, sire Riccardi filii sire Bisancii castellani, sire Iohannis Fatticii, sire Petri de Radicza, Iaspidi filii sire Petri, stante mecum et consentiente domino Eustasio de Ammirato, viro meo, obtuli me et castellum meum novum cum omnibus finibus et pertinentiis suis inferius subdistintis, pertinens mihi iure paterno, monasterio ecclesie Sancte Agathes de Matera, in manibus domine Eugenie, monache eiusdem monasterii, recipientis cum iudice Maraldicio, ipsius monasterii advocato, guadium quoque cum predicto viro meo ei dedi, recipientis pro eodem monasterio cum predicto advocato, me ipsa mediatrice posita, ut ego et mei heredes in hac

Federici *FF*
mensis *FF*

oblatione semper maneamus et nunquam eam rumpere
 vel evacuare temptemus. Quod si contra fecero, obligo
 me meosque heredes, nomine pene, componere nominate
 ecclesie regales aureos centum et totidem curie, predicta
 oblatione in suo robore permanente. Quibus predictis
 omnibus solempniter celebratis, incontinenti coram
 predictis testibus in eodem monasterio recepi habitum
 monachalem et in abbatissa promota, de mandato domini
 Gregorii Sancti Theodori cardinalis et etiam in Apulia
 legati et a domino Simone, venerabili abbate monasterii
 sancti Eustasii de Matera, benedictionem accepi. Cuius
 predicti castelli, pertinentiarum et tenimenti fines sunt
 isti, videlicet: a monte Guidone descendit deorsum usque
 ad rivum Aque Tecte et a rivo Aque Tecte descendit
 rivus deorsum usque ad Gualdemare et est in finibus
 cum tenimento Minerbini et ascendit per Gualdemare
 sursum usque ad stratam que vadit ad Gaudianum et est
 in confinibus cum tenimento Montis Miloni et ab ipsa
 strata descendit per fontem Acernie et transit per vallem
 Cupuli et ascendit ad portam Spine Amare et vadit usque
 ad ecclesiam Sancte Agathes et ab ipsa ecclesia vadit per
 vallicellam et ascendit usque ad Sanctum Liberatorem
 et a Sancto Liberatore vadit per limitem et stratellam
 usque ad lacum Macle Longobarde, ubi est [petra] ficta
 et a petra ficta vadit per vallem Quercus Veterane et
 exit ad lacum Martinum et est in confinibus cum terris
 ecclesie Sancte Trinitatis de Venusio et a lacu Martino
 descendit usque ad Basentum et est in confinibus cum
 tenimento Montis Solicole et a Basento descendit per
 eundem Basentum inferius et vadit sub via, que vadit a
 Spinaciola ad Cervariccium et ascendit per aque cursus
 Sancti Felicis et ascendit ad Guardiam strate et venit ad
 vallicellam Foreste novelle et vadit per confinia terrarum

Sancti Laurentii et descendit per viam cansatoriam, que vadit ad Sanctum Gervasium et transit per aque cursum deorsum de vallone qui dicitur de Monacho et ascendit per Fornellum usque ad predictum montem Guidonem.

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

redivictione *FF*

Ac *FF*

volens *FF*

recipienti *FF*

tentemus *FF*

abbadixa *FF*

tunc *FF*

Atrinie *FF*

locum *FF*

terra *FF*

aquam *Vendola*

cursum *FF*

6

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

[Quod] scripsit Leo Matere notarius, qui predictis interfuit.

† Donnandus Matere iudex

† Riccardus filius sire Bisantii castellani

aquam cursus *Vendola*

Cf. *Introduzione* nota 18.

Per la Per la identificazione di Mathia Baronissa e Roberto di Partinico cf. *Introduzione*, testo corrispondente a nota 16.

Per le ipotesi di identificazione di Eustasio de Ammirato cf. *Introduzione* testo corr. a nota 24.

Toponimo oggi corrispondente al Bosco di Acquatetta e Stazione di Acquatetta.

Montemilone.

Abbazia della Ss. Trinità di Venosa (PZ).

Località Monteserico in territorio di Genzano (Pz).

Spinazzola (BA).

Palazzo San Gervasio (PZ).

Add note here

† Ego Petri Radicatza qui supra

† signum manus proprie sire Iohannis Fatticii qui supra

† signum manus proprie Iaspidi qui supra.

26

castellani *manca in FF*